



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hviſs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Dominica X.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

tum animo, tum corpori meo necessarius: quin etiam, quæ mihi mala (*præter peccata*:) in hac ærumnosa vita immittit, ea in meam salutem sit conuersurus^h cum & facere id possit, ut omnipotens Deusⁱ, & facere id velit, ut benignus pater^k.

^a Eph. 1, 3. ^b Jerem. 32, 17. ^c Act. 4, 24. ^d Heb. 11, 3. ^e Eph. 1, 11. ^f Pl. 148, 1. 2, 3, 4, 5, 6. ^g Io. 5, 17. ^h Eph. 1, 5, 6. ⁱ Ioh. 20, 17. ^j Ioh. 3, 1. ^k Psa. 118, 8. ^l Prou. 3, 5, 6. ^m Pet. 5, 7. ⁿ Heb. 12. ^o Ioh. 12. ^p Psal. 115, 3. ^q Plal. 135, 5, 6. ^r Psal. 103, 13. ^s Esa. 49, 15, 16. ^t Mat. 7, 11.

DOMINICA X.

QVÆSTIO XXVII.

Quid est Prouidentia Dei?

RESP. Omnipotens^a & ubique præfens^b Dei vis, quæ cælum & terram cum omnibus creaturis tanquam manu sustinet ac gubernat: c ut quæ terra nascuntur, pluuia item & siccitas, fertilitas & sterilitas, cibus & potus^d, bona & aduersa ualētudo^e, diuitiæ & paupertas^f omnia denique (*præter peccatum*:) non temerè aut fortuitò, sed paterno eius consilio & voluntate contingant.

^a Pl. 89, 14. ^b Esa. 40, 26. ^c Pl. 139, 7, 8, 9, 10. ^d Act. 17, 27. ^e Esa. 40, 12. ^f Act. 17, 28. ^g Pl. 110, 4, 13, 14, 15, 16. ^h Act. 4, 17. ⁱ Exo. 15, 26. ^j Iob. 5, 18, 19. ^k Sam. 2, 7. ^l Prou. 2, 2. ^m Thr. 3, 37, 38. ⁿ Eccl. 45, 7. ^o Mat. 10, 29, 30, 31.

QVÆSTIO XXVIII.

Quid nobis prodest hæc cognitio Creationis & Prouidentia diuina?

RESP. Ut in aduersis patientes^a, in secundis grati simus^b, in futurum vero optimam in Deo fidissimo patre, spem repositam habeamus^c, certo [†] *spèrantes*, nihil esse [†] *scic* quod nos ab eius amore abstrahat^d, *nisi uelimus*; quândo quidem omnes creaturæ ita sunt in eius potestate, ut sine eius arbitrio non modo nihil agere, sed ne moueri quidem possint^e: *exceptis libero arbitrio pradiis, ex quibus suum cuique peccatum est, & non ex Deo.*

^a Psal. 39, 10. ^b Iob. 1, 21, 22. ^c Dent. 8, 10. ^d 2. Cor. 1, 10. ^e Rom. 8, 35. ^f Rom. 8, 38, 39. ^g Act. 17, 28. ^h Prou. 21, 1.

DE FILIO.

DOMINICA XI.

QVÆSTIO XXIX.

Quare Filius Dei appellatur Iesus, hoc est, Saluator?

RESP. Quia nos saluat ab omnibus peccatis nostris^a, *nisi uelimus*: nec ulla salus *ultima* aliunde peti debet, ut à Deo; nec alibi reperiri potest^b: *salua Sanctorum intercessione.*

^a Mat. 1, 21. ^b Act. 4, 12. ^c 1. Cor. 1, 11.

^d Mat. 1, 21. *Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.*

RESP. a Ipse, sed & Sancti quodam modo saluare possunt cum, & in iplo.

^b Act. 4, 12. *Qui factus est in Capri anguli & non est in alio aliquo salus: Sic, ut in Deo. Nec enim aliud nomen est sub celo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Principaliter, 1. Cor.*